Quelle:
Copyright:



7

Tractatus de arte moriendi. 270a–279b

Tractatus de arte moriendi. Incipit: "Cum de presentis exilii miseria." Opus quidem satis notum, sed incerti authoris. Differt ab editionibus quas Bibliotheca nostra possidet. Vide Antiquitat: Bibl: Seitenst: p: 1 & 62. Weislinger in Armament: p. 241 dicit Jacobum Fusignam Ord: Prædic: conscripsisse librum de arte moriendi, an nostrum nescio; cæterum de hoc Fusignano nulla apud eruditos occurrit mentio.

Jac. Fusignan.

Cod. CXXXIV.

Chartac: Fol: Sæc: 15.

A 6.16.

Initiale

1.

Petri Lombardi Lib: III & IV Sententiarum. 2a–84a

Petri Lombardi Liber III, et IV Sententiarum quorum primus incipit: "Hic enim ordo rationis postulat"; hunc sequitur elenchus capitum utriusque libri, quam excipit prologus in librum quartum sub hoc initio: "Si quis vestrum indiget sapientia." Illud notatu dignum præfationem Petri Comestoris (a) in suam historiam scholasticam hic præfigi libro tertio sententiarum, inepte satis, cum librarius Petrum Comestorem confuderit cum Petro Lombardo. Cæterum multæ lineis interjectæ sunt notationes.

(a) Vide Cod: CXXXI